

AN. CH.
1078.
Dat. die 9.
Martii anno
Dom. 1078.
Pontif. an. v.

Bullarium Romanum

ncere. Dat. Romæ, VII. Id. Mart. Indictione prima.

X L.

De causis Episcoporum Franciæ, & Burgundiæ a Gregorio PP. discussis.

Ex edit. Card. Carafa.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei.

Romana Ecclesia benignitate semper usa.

Quia consuetudo sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui (Deo auctore) licet indigni deservimus, est, quædam tolerare, quædam etiam desimulare; discretionis temperantiam potius quam rigorem canonum sequentes, causas Episcoporum Franciæ, atque Burgundiæ, qui suspensi seu damnati a Legato nostro Ugone Diensi Episcopo fuerant, non sine gravi labore discussimus. Denique Manassem Remensem Archiepiscopum, qui in multis accusatus fuerat, seseque a synodis, ad quas Vgo Diensis Episcopus eum invitavit, subtraxerat, quia sententia super eum data, non Romanæ Ecclesiæ gravitate, & solita mansuetudine videbatur, in proprium gradum officiumque restitimus: eaque quidem ratione, ut supra Corpus sancti Petri jurasset hoc modo: „ Ego Manasses Remensis Archiepiscopus pro superbia non dimisi, quod non venerim ad Synodum Augustodunensem, ad quam me Diensis Episcopus vocavit. Si vocatus nuncio vel literis Apostolicæ Sedis fiero, nullo malo ingenio, & nulla fraude me subtraham, sed veniens diffinitioni & iudicio huius Ecclesiæ fideliter obediam. Quod si Dominus Papa Gregorio, vel successori suo placuerit, me de obiectis ante legatum suum respondere, idem per omnia faciam. Thesauros autem, ornamenta, & prædia Remensis Ecclesiæ mihi commissæ ad honorem ipsius Ecclesiæ, fideliter tractabo, & ad resistendum iustitiæ ea non abalienabo. Ugoni quoque Bisuntino Archiepiscopo, quia literæ, quibus invitabatur ad synodum, a Clericis suis retentæ, & non sibi ostensæ fuerant, suspensio in eadem Synodo, Episcopale officium reddidimus, hac conditione quod debeat se de obiectis coram Legato nostro, si ei visum fuerit, cum suffraganeis, aut convicinis Episcopis expurgare. Richerio vero Senonensi Archiepiscopo interdictionem reddidimus officium; promissit enim in manu nostra, quod sive per se, sive per nuncium suum causam, pro qua ad Synodum præfati Legati nostri non venit, coram eodem Legato debeat exponere, & in negotiis ecclesiasticis pro posse suo consilium, & auxilium fideliter & humiliter sibi impendere, ejusque animam placare. Gotfredus autem Carnotensis Episcopus, quia non invitatus & absens iudicatus fuerat, Episcopali officio a nobis restitutus est: hoc quidem tenore, quod causa sua ante Legatum nostrum debeat retractari, atque definiri. Richardus Biturigenis Archiepiscopus, quia irato animo & non synodali iudicio dimisit Ecclesiam suam, virgam & anulum recepit, promittens se de obiectis coram legato nostro satisfacere. Rodolphus Turonensis Archiepiscopus, quia legales accusatores non habuit, Sacerdotali & Episcopali officio restitutus est; etiam Episcopis, qui eum accusaverant, ab accusatione deficientibus, & quia causa sua ab antecessore nostro beate memoriæ Alexandro retractata & determinata fuerat, videbatur quod non sine certa accusatione deberet retractari. Nobis tamen visum fuit, quod Legatus noster cum legato Diensis Episcopi Turonis debeat proficisci, & convocare omnes suffraganeos Episcopos, nec non clericum & populum; & ex parte beati Petri illos commonere, ut qualiter electus fuerit vel ordinatus veraciter profiteantur: ut si claruerit, eum de obiectis innocentem esse, questio accusationis suæ omnino deinceps sopiatur. Sin autem certissime, & unde dubitari non possit contra eum testimonium datum fuerit, canonica sententia ferriatur. Actum Romæ, VII. Id. Mar. Indictione prima.

De Manasse Remensi Archiepiscopi in proprium gradum restitutum.

Manassis Juramentum.

Eodem modo cum Bisuntino adu.

omni Senonensi.

cum Carnotensi.

cum Bituricensi.

Et cum Turonensi: qui omnes debeat se coram Legato Apostolico ab obiectis expurgare.

Episcopis, qui eum accusaverant, ab accusatione deficientibus, & quia causa sua ab antecessore nostro beate memoriæ Alexandro retractata & determinata fuerat, videbatur quod non sine certa accusatione deberet retractari. Nobis tamen visum fuit, quod Legatus noster cum legato Diensis Episcopi Turonis debeat proficisci, & convocare omnes suffraganeos Episcopos, nec non clericum & populum; & ex parte beati Petri illos commonere, ut qualiter electus fuerit vel ordinatus veraciter profiteantur: ut si claruerit, eum de obiectis innocentem esse, questio accusationis suæ omnino deinceps sopiatur. Sin autem certissime, & unde dubitari non possit contra eum testimonium datum fuerit, canonica sententia ferriatur. Actum Romæ, VII. Id. Mar. Indictione prima.

AN. CH.
1078.

Turonensis vero Archiepiscopi electi omnem, serius audito populo, examinandam.

Dat. die 9. Martii anno Domini 1078. Pontif. an. v.

X L I.

Admonitio de non communicando cum iis, qui contra Interdictum Sedis Apostolicæ impedire conantur Conventum Episcoporum, & Laicorum habendum pro examinando jure Henrici & Rodulphi in Theutonicorum regno.

Ex edit. Card. Carafa.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei omnibus Clericis & Laicis in Regno Theutonico constitutis, qui excommunicationis vinculo non tenentur, salutem & apostolicam benedictionem.

Quæ & quanta cura nobis fuerit, & est, ut pestilentia, & clades, & desolatio a vestro regno auferatur, & pax, honestas, & solitum decus vobis reddatur, in Synodo, quæ hoc anno in Quadragesima Romæ celebrata fuit, declaravimus. Iudicio enim sancti Spiritus decrevimus, & præcepimus, ut in regno vestro conventus omnium Episcoporum, & eorum Laicorum, qui Deum timent, & inter vos pacem desiderant, fieret, & coram nostris Legatis decerneretur, si Henrico vel Rodolpho, qui de Regni gubernaculo inter se decertant, amplius iustitia faveret. Injustior enim pars ratione devicta, & beati Petri auctoritate restricta, facilius cederet, & ab interitu animarum & corporum (Deo propitiante) cessaret. Justior vero pars amplius de Deo consideret; & adjuta B. Petri potestate, & omnium iustitiam diligentium consensu, de victoria omnino speraret, neque utramque mortem timeret. Sed quia pervenit ad nos, quod inimici Dei, & filii diaboli quidam apud vos contra interdictum Apostolicæ Sedis prædictum conventum procurarent in irritum ducere; & non iustitia, sed superbia, ac totius regni desolatione suas cupiditates anhelent implere, & Christianam religionem destruere; monemus vos, & ex parte beati Petri præcipimus, ut talibus nullum adiutorium præbeatis, neque illis communicetis. In prædicta enim Synodo jam omnes sunt excommunicationis & anathematis vinculo innodati, & ut nullam victoriam possint obtinere, per potestatem beati Petri sunt alligati, ut saltem coacti confundantur, & a morte animarum suarum, & desolatione patriæ vestræ revocentur. Vos autem, fratres charissimi de me nullo modo dubi-

Synod. habit. die 3. Martii ut jam vidimus.

Conventum huiusmodi impediens a synodo jam excommunicati.

AN. CH.
1078.

S. Gregorius PP. Septimus

AN. CH.
1078.
Exempla Legatorum Apost. Sedis ad Concilia.

2. Corinth.

Dat. die 1. Junii anno Domini 1078. Pontif. Gregorii an. vi.

XXXIX.

De potestate Romani Pontificis mittendi ad quascumque Synodos Legatos suos; privilegia Ecclesiarum pro necessitate vel utilitate commutandi: ac insuper de Legatorum Sedis Apostolicæ facultatibus.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei venerabili fratri Manasse Archiepiscopo Remensi salutem & apostolicam benedictionem.

Ex Archiepiscopo.

CUM vos ea a Sede Apostolica flagitatis, quæ & honorem Præfatus vestri condecant, & a præcedentium Patrum auctoritatibus nequaquam dissentiant, fidentes petite. Ipe certissimi postulate, scientes omni ambiguitate remota nos petitionibus huiusmodi paratos annuere, cum quia nos fraterna dilectione in Christo amplectimur; tum etiam nihilominus quia ad hæc quorundam fidelium nostrorum, qui vos diligunt, precibus & interventionibus sedulis promovemur. Quocirca fraternitatem vestram rogatam atque communitam volumus, ne debeat graviter ferre, si studeamus ad tempus pro communi honestate, atque proficuo petita contra utilitatem Ecclesiæ denegare. Hæc autem omnia ad id præmissa noveritis, quia petitis in literis vestris, ne adversum Privilegium, quod ab hac Apostolica Sede vos habere fatemini, cogamini, nisi soli mihi, aut Romanis Legatis super obiectis quibuslibet respondere. Quod si vos, Romanos Legatos intelligere, videremini, & quos cuiuslibet gentis, quibus Romanus Pontifex aliquam legationem injungit, vel. quod majus est, vicem suam indulget, & laudaremus sane petita, & petitis libenter annueremus; sed quia præmittendo Romanos, continuo subjungitis, non Ultramontanos, ostenditis, vos tantum eos velle Romanos habere Legatos, qui vel Romæ nati, vel in Romana Ecclesia a parvulo educati, vel in eadem fiat aliqua dignitate promoti: miramur nimium prudentiam vestram hucusque perductam, ut precaremini benevolentiam nostram, jura Sedis Apostolicæ debere imminuere: idque nobis in solis vestris negotiis non debere licere, quod in negotiis omnium Prædecessores nostri sine omni contradictione & licitum & legitimum tenere. Nostis enim, & Ofium Episcopum

Privilegium Remensi Archiepiscopi a nemine præter Sedem Apostolicam iudicari possit.

Immoderata Manassis Archiepiscopi, hac insuper ro præsentio.

pum in Nicæno, & Cyrillum in Ephesino Concilio Romanorum vice, eisdem concedentibus, fuisse Pontificum: Syagrius quoque Augustodunensi Episcopo, Lugdunensis Antistitis suffraganeo, sanctum Papam Gregorium celebrandi Generalis in Gallia Concilii vicem suam legitis indulgisse. Sed quid hæc de Episcopis loquimur, cum idem sanctus Papa Monachum quemdam, Hilarem nomine in Africa partibus literarum suarum auctoritate fultum usque adeo suum fecerit esse Vicarium, ut per eum ibidem Concilium Generale celebraretur, & quiddam Synodus sancta decerneret, ad finem eo exequente perduceretur? Ne igitur ad tantum velit culmen vestra fraternitas erigi, ut quæ in Causis omnium Romanis Pontificibus rata fuerunt, & licita, in vestri solius causa irrita velitis, & illicita reddi. Ad id autem, quod de privilegio dicitis, breviter interim respondemus, quod possunt quedam in privilegiis pro re, pro persona, pro tempore, pro loco concedi, quæ iterum pro eisdem, si necessitas vel utilitas major exegerit, licenter valent commutari Privilegia; siquidem non debent sanctorum Patrum auctoritatem infringere, sed utilitati sanctæ Ecclesiæ prospicere. Inde est, quod Arelatenis Ecclesia non solum a Beato Gregorio Doctore dulcissimo, sed etiam a pluribus ejus sanctis Antecessoribus, cum haberet vicem Sedis Apostolicæ, ut omnes Episcopos totius Regni Francorum, quod tunc latius extendebatur, ad Concilium convocaret, eosque in iudicio constrinxerit, sine cujus licentia nullis ex prædictis Episcopis longe a suo Episcopatu fas erat abire; post aliqua tempora pro quibusdam causis prædicta potestas & auctoritas cessavit, & suam vicem aliis, quibus placuit, Sedes Apostolica concessit. Remensis etiam, cui præfides, Ecclesia quodam tempore Primati subiavit: & ei, ut magistro post Romanum Pontificem obedi- dit, quod & de pluribus aliis Ecclesiis potestas invenire, si sanctorum Patrum dicta & acta procuratis diligenter investigare. Nec id dicimus, ut privilegia vestræ Ecclesiæ contra rationem vel infringi velimus, vel immitti; de quibus vita comite suo tempore ore ad os otiosus colloquatur sumus: sed interim dilectionem vestram ex parte beati Petri Apostolorum Principis admonemus, ut quemadmodum vobis Romæ positus constituimus, coram Diensi Episcopo, & Cluniacensi Abbate, quibus in his vicem nostram commisimus, occasionibus cunctis obsequiisque remotis, super obiectis omnibus sitis respondere parati, legaliter satisfacere, canonicè purificari; nisi aliud a vobis, quod absit, agatur tergiversatione & fuga; conscientia scelerum & non exactiōi iustitiæ, & æquitatis a pluribus adscribatur. De Archiepiscopo autem Viennensi, quem conquerimini in Dicecesi vestra & deposuisset Presbyteros, & eisdem iterum in gradum pristinum restituisset: & de Episcopis Laudunensi, & Suesionensi Suffraganeis vestris, qui Ambianensem Episcopum, vobis inconsultis & nescientibus, Romæ etiam positus, consecrarunt: & de Manasse, qui vos, & Ecclesiam vestram, quia malefactis non potest, maledictis infestare non cessat: & de cæteris omnibus, super quibus questionem vobis collibuerit facere, misimus literas nostras commemoratis confratribus nostris, Diensi videlicet Episcopo, & Cluniacensi Abbati, ut cuncta studeant

Athoratio ad Manassam ad obediendum Apostolice Legatis.

Privilegia debent ad utilitatem Ecclesiæ dirigi.

Arelatenes Archiepiscopi antea perpetui Vicarii Apostolicæ Sedis in Gallis: Post aliquod tempus ea privati dignitate.

Remensis Archiepiscopi, monetur, ut iudicio Legatorum Apostolicorum se subiciat.

Quibus commisit se dicit Gregorius, per literas, ut quæ ipse de nonnullis Episcopis conquirebatur, persecutatum & canonicè iudicaretur.

deant diligenter inquirere, solcite discutere, discussa & indagata ad purum iuste legaliter & canonicè judicare. His nostris monitis obsecundantes per omnia Beatorum Apostolorum Petri & Pauli benedictione in presenti donemini, & in futuro a peccatorum omnium vinculis absolutis ad eorum consortium eisdem interventoribus pro- vehi mereamini. Data ad Sanctum Germanum Undecimo Kalendas Septembris Indictione Prima.

Dat. die 27. Augusti anno Dom. 1078. Pontif. anno vi.

XLIII.

Declaratio concordie ex precepto Sedis Apostolicæ factæ inter Episcopum Taurinensem, & Abbatem S. Michaelis.

Ex edit. Card. Carafa.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei:

Series facti.

Modus concordie.

Notum tam presentibus quam posteris fieri volumus, causam Humberti Taurinensis Episcopi, & Abbatis S. Michaelis, qualiter finendam esse possumus. Venientes enim ante nostram presentiam, post plura annorum curricula, quibus conquesti sunt alter adversus alterum, ex voluntate acquiescentes, & obediens nostro iussu pacem inter se nobis precipientibus fecerunt. Quibus ex auctoritate apostolica interdiximus, ne alter alteri occasionem discordie ulterius præberet. Sed Episcopus Abbati, & prædicto Monasterio emendet, quæ ei abstulit, nisi quantum Abbas ei condonaverit. Similiter & Abbas Episcopo faciat. Et hoc in extimatione Astensis Episcopi, & Episcopi Aquisgranensis, necnon & Abbatis Fructuariensis. Si autem Episcopus voluerit & potuerit probare, illud Monasterium in proprietate & alodio sui Episcopii esse constructum, in sequenti Synodo uterque se præsentent, & in eo iustam & legalem definitionem accipiant. Si vero aliquo impedimento cessaverint, Legatos suos dirigant, quatenus eis ipsi reportent, qualiter & quando finem eorum negotio imponamus. Quod si Episcopus, cognita veritate, cognoverit idem Monasterium non esse constructum in alodio sui Episcopatus: vel Abbas perpendit, quod Episcopus circa hoc negocium iustam & veram habeat rationem, sine aliqua disceptatione vel controversia ei, qui veritatem & iustitiam habuerit, acquiescat; procul dubio scientes, quia in eum, qui iniustam causam habens defendere temptaverit, vel aliquod patrocinium vel potentiam sperans iniustum negotium agitare ausus fuerit, graviter & severissime puniemus. Dat. Romæ, VIII. Kal. Decembris Indictione Secunda.

Dat. die 24. Novembr. anno Domini 1078. Pontif. anno vi.

XLIV.

Declaratio Depositionis Episcopi Ravennatis, in Romana Synodo factæ, cui nullam præstare obedientiam monentur Ravennates.

Ex edit. Card. Carafa.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei omnibus Ravennatibus majoribus & minoribus, qui beatum Petrum, ejusque filium, sanctum videlicet Apollinarem diligunt, salutem & apostolicam benedictionem.

Ravennatis Ecclesie in Romanam Sedem perpetua obedientia, atque observantia: Eiusdem præsentis Episcopi pravi motus;

Quorum causa depositi dignitate, & officio declaratur.

Eique obedientiam nullam præstari, lato anathemate contra hunc decreto inobedientes.

Dat. die 25. Novembr. anno Domini 1078. Pontif. anno vi.

XLV.

Landulpho Episcopo Pisanam Ecclesiam cum omnibus illi concessis & concedendis confirmat: vicem suam ei, & successoribus committit in Insula Corsica, ad Ecclesiam Romanam Dominium per eum reducenda.

Ex exemplari Vaticano.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, venerabili fratri Landulpho Episcopo Pisano ejusque successoribus, salutem & apostolicam benedictionem.

Exordium.

Superne miserationis respectu ad hoc universalis Ecclesie curam suscepimus, & apostolici moderaminis sollicitudinem gerimus, ut iustis precantium votis attenda benignitate faveamus, & libramine aequitatis omnibus in necessitate positis, quantum Deo donante possumus, sub-

XLVI.

Præceptum omnibus in Provincia commorantibus, ut bona, Monasterio S. Petri in Monte Majori ablata, sub excommunicationis poena restituant.

Ex edit. Card. Carafa.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, omnibus Archiepiscopis, Episcopis, Principibus, Clericis, Laicisque in Provincia commorantibus, exceptis his, qui excommunicationi subjacent, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Monasterium S. Petri Apostolicæ Sedis speciali jure subiectum.

Bona a Monasterio contra jus ablata eidem restituenda.

Clausula.

Dat. die 11. Martii anno Domini 1079. Pontif. anno vi.

Ecclesia Pisana cum bonis omnibus Landulpho Episcopo confirmatur.

Eide donatio nes omnes confirmantur ac præcipue Mathildis Regina:

Pisani Episcopi legitime electi Apostolicæ Sedis vicem insula Corsica conceduntur.

Jerem. 8.

Landulpho ex ejusdem Insule relictis medicis conceditur.

Duobus vero eius successoribus quarta pars conceditur.

Arce vero sub ditione Rom. Ecclesie reservantur.

Quarum custodia illis, si necessitas exegerit, teneantur obsequere.

Ad die 30. Novembr. anno Domini 1078. Pontif. anno vi.

subvenire debeamus. Unde postulante te, frater Landulpho, ut Ecclesiam, cui Deo volente præesse dignosceris, ejusque bona ab adversariorum impetu & infestatione nostræ apostolicæ auctoritatis munimine tuemur, inclinati justis precibus tuis, concessione præsentis Privilegii confirmamus tibi: Episcopatum prædictæ Pisane Ecclesie cum omni jure, suisque pertinentiis. Et quia Pisana Ecclesia, quæ in præficiendis sibi Pastoribus a constitutionibus sanctorum Patrum deviaerat, tandem pro restitutione antiquæ libertatis suæ salubre consilium Matris suæ sanctæ Romanæ Ecclesie suscepit: ita ut se non aliunde, sed per osium quod Christus est, intrantem, gaudeat se nobis ordinantibus habere Pastorem, indulgemus, concedimus, atque firmamus sibi tam ea, quæ ab antiquis temporibus iuste collata sunt, quam ea, quæ divina pietas per serenissimam filiam nostram Mathildem pro remedio animæ Matris suæ, in eadem Ecclesia sepulta, concedere dignata est: videlicet locum, qui dicitur Schannelum cum Castellis & pertinentiis suis; & alia: que in futurum Deo auctore a fidelibus legaliter conferenda sunt. Præterea fidei & religionis tuæ gratum in te fructum exuberare cognoscentes, committimus tibi tuisque successoribus vicem nostram, in Corsica Insula; si tamen ipsi consensu Romani Pontificis, & electione Pisani Populi ita canonicè intraverint, sicut te constat intrasse; & secundum quod Deus tibi tradidit, quæ ad Christianam Religionem pertinere videntur, vigilantissimo studio Episcopos, Clericos, Populumque ejusdem Insule doceas, atque morum honestate confirmes juxta propheticum sermonem, ut evellas & destruas, ædifices & plantes: quæ nimirum Insula, a jure & dominio sanctæ Romanæ Ecclesie per quorundam pravorum hominum invasionem subtrahata, ut prudentiæ tuæ studio exclusis infaustis secundum antiquum morem ad dominium ejusdem Romanæ Ecclesie revocetur. Concedimus tibi, per quem Pisana Ecclesia ad antiquum sui decorem reducta est, & qui prius in restitutione prædictæ Insule elaboraturus es, medietatem omnium reddituum, & totius pretii medietatem, quæ de placitis acquiretur: duobus vero successoribus tuis quartam partem reddituum, & totius pretii, quæ de placitis acquiretur: Ita tamen, ut Arces, & quæque munita loca per te acquirenda in potestate nostra & successorum nostrorum permanent; Eo tenore, ut, si necessitas exegerit, custodes eorumdem locorum tibi successoribusque tuis, salvo jure & honore sanctæ Romanæ Ecclesie, obediant. Dignum quippe est, ut si ad imperium & consensum sanctæ Romanæ Ecclesie, pastorem secundum Dominum susceperint dignitatem, habeant ex largitione Apostolicæ Sedis temporalium rerum sustentationem & decorem. Hoc etiam addendum esse censuimus, ut in agendis Placitis Nuncius noster semper intersit. Actum Romæ II. Kalendas Decembris Indictione Secunda.

XLVII.

Confirmatio Primatus Ecclesie Lugdunensis super quatuor Provincias, Lugdunensem scilicet, Rothomagensem, Turonensem, & Senonensem.

Ex Archiepiscopi Vatic.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, venerabili fratri Gebuino Archiepiscopo Lugdunensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Confirmanda esse, quæ pro Ecclesiarum dignitate statuta sunt a prædecessoribus Pontificibus.

Antiqua sanctorum Patrum, quibus licet indigni, & longe meritis impares, in administratione hujus Sedis succedimus, vestigia, in quantum divina dignatio permittit, imitari desiderantes, jus, quod unicuique Ecclesiarum pro merito & dignitate sui ipsi contulerunt, nos ex eorum successione consideratione decet illæsum & immutabile conservare, & munimine Decretorum nostrorum ad perpetuam stabilitatem corroborare. Quapropter, quia disci-